

Duplicado



R. P. DIDACI  
**R V I Z**  
 DE MONTOYA  
 HISPALENSIS  
 & Societate I. S. V.  
 IN COLLEGIO HISPALENSI  
 S. Hieronymi Theol. Professoris.  
**COMMENTARIA;**  
*Ad Disputationes in primam partem*  
*sacri Thomae.*  
**DE VOLUNTATE DEE**  
 ET PROPRIIS ACTIBUS EIVS.  
 LVCBUNI,  
 Sumptib. IACOBI ANDREE, &  
 MATTHÆI PROST.  
 M. DC. XXX.



ci. 50. 036

ILLVSTRISSIMO DOMINO  
**D. PETRO GYRON**  
**Y RIBERA.**  
 MARCHIONI DE ALCALA ET CHVCENA,  
 DOMINO DE TOBON,

A cubiculo Regiæ Maiestatis, &c.

*Veram & perpetuam fœlicitatem.*

**S**I mecum animum à primo bonorum fonte velaucaret, vel retardaret, ne velocius ad eum recurreret, de tua protectione, ac patrocinio, iustissimas ob causas cõcepta fiducia (PRINCEPS ILLVSTRIS- SIME:) putarem indignum religioso, sacris & theologicis rebus à iuuenilibus annis vsque ad senectutem intento, lucubrationes alteri, quàm soli Deo dicare. Verumtamen Ecclesiasticum audio præcipientem: *Vide arcum & benedic eum, qui fecit illum: valde speciosus est in decore suo. Gyranus calum in circuitu gloria sua.* Splendor quidem ac trium colorum varietas, ita temperata, vt nullius iniuum aut finis deprehendatur, quo visus, licet acutissimus, possit vnumquemque propriis limitibus circumscribere, magnam olim Ecclesiæ Patribus admirationem excitauit. Nunc mihi non minorem excitat ambitus, quo gyrat cœlum in circuitu gloriæ suæ, vel potius nostros animos ad gyrandum prouocat, authorem glorificando. Ex rebus enim cito perituris, quæ à cœlestibus impressionibus existunt, nihil est quod facilius possit nostras cogitationes fluxas & instabiles ad suum principium tanquam ad vltimum finem quasi facto circulo reuocare, quam ille circuitus gloriæ. Sapientissimè Hierotheus in amatoris hymnis asseruit, *nam quandam vim esse simplicem, quæ per se ad temperationem quandam coniungentem à bono, vsque ad extremam eorum, quæ sunt, mouet & impellit, atque ab illo rursus ordine, per omnia ad bonum ex se, per se, & à se in orbem reflectitur, semperque ad se ipsam eodem modo reuoluitur.* Quolibet igitur res diuina bonitas & virtus ita mouet, ac impellit, vt quamuis extra se prodeat ad illas producendas & gubernandas; reflectatur tamen in orbem,

coll. 43.

Apud Dionys. de diuina uirtute. c. 4. post mod.





# COMMENTARII

## ET DISPUTATIONES

DIDACI RVIZ DE MONTOYA,

E SOCIETATE IESV.

## DE VOLVNTATE DEI

& proprijs actibus eius:

*Ad primam partem S. Thoma, à Quaestione 19. vsque ad 21.*

### PROOEMIUM.



D publicam co-  
tius Ecclesie pri-  
uatique eun-  
que fidelis vilita-  
tem, quanti mo-  
menti res sit ex-  
ta plenique co-  
gnitio diuinae vo-  
luntatis, debitare  
non poterit, qui  
legerit assidua-

tem & instantiam orationum, quibus eam suis  
Colossensibus impetrare conatur Apostolus ca.  
Nan cessamus, inquit, pro vobis orantes, & postu-  
lantes, ut impleamini agnitione voluntatis eius, in  
eius sapientia & iudicia spiritali. Supponit  
enim, Colossensibus esse cognitionem volunta-  
tis Dei, postulat autem vltimam additionem  
& perfectionem vsque ad plenitudinem, sicut  
observant ibi Chrysostomus, Theophylactus,  
S. Thomas, & alij expositores.

Certior poterit breviorumque viam ob-  
tinendi tantum bonum, idem Apostolus docuit.  
Romanorum 12. Nolite confirmari huic saeculo,  
sed renouamini in nouitate sensus vestri, ut probetis,  
quae sit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta.  
Sicut enim palatus noxijs humoribus infectus  
non sapit, imo sinistrae de dulcibus ac salubribus  
cibus indicat: contra vero sanus atque purgatus:  
ita nisi eiectis affectibus saeculi, renouatus fue-  
rit interior sensus, non poterit quasi gustando  
probare, quae sit voluntas Dei bona & benepla-  
cens & perfecta: sicut acutè ponderant ibi S.  
Thomas. Atque illud, *Probetis*, Origenes ex-  
ponit, *exquirat, consideret*. Chrysostomus dis-  
cutit. Syrus, *distinguat, sapiat*, videlicet quod-  
dam spiritali gustu, quem praecipit Psal. 33.  
*Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus.*  
*Rviz. de Volvntate Dei.*

Quamuis enim ad omnes res diuinas ad-  
dicendas plurimum conferat voluntatis affe-  
ctus & consensus sive conformitas quaedam ad  
illas, quam in suo preceptore Hierotheo laudat,  
& ceteris eius insuitis praefert Dionysius de  
diuina nomina, cap. 2. propius ad finem quam ad  
med. dicens: *Non solum disciplina adeptus diu-  
inarum rerum scientiam, verum etiam in animo af-  
fectus & permansus, atque ex sua cum eis consensio-  
ne absolutus.* Perpende conuentionem sive con-  
sensum ac similitudinem fuisse, quae Hierotheum  
absolutum & perfectum reddidit in diuinarum  
rerum contemplatione: Nihilominus ad diuinae  
voluntatis perfectam notitiam, id multo magis  
necessarium, ut ex ea, quam in se Theologus ex-  
peritur, propensione ad obiecta quaedam & a-  
uersione ab alijs, quasi praesentiat atque praes-  
giam ingenium & propensionem diuinae volun-  
tatis, ac veluti gustu discernat, quid Deo pla-  
ceat.

Sed quorsum haec, ais, cum Apostolus  
Romanis & Colossensibus non desideraret, ne-  
que consuleret scholasticas speculationes de vo-  
luntate Dei, quas aggredimur explicare, sed co-  
gnitionem & intimum sensum mysteriorum fi-  
dei, atque preceptorum Dei & consiliorum. Fa-  
teor hoc fuisse, quod vniuersaliter omnibus  
proponebat Apostolus, atque ita facti Doctores  
intelligunt. Sed age. Cum sit proprium Theo-  
logorum munus penetrare profundius, & fortius  
propugnare, quae simplices fideliter credunt,  
quomodo poterunt ad hanc pugnam esse para-  
ti, nisi superatis prius, & explanatis difficultati-  
bus circa Dei voluntatem occurrentibus? Cer-  
te neque praestantissimum decretum Incarna-  
tionis, neque voluntatem eligendi gentes, repro-  
bantis Iudaeis, nec praedestinationem discernen-  
tem homines quoddam ab alijs secundum be-

3.  
Consensus  
& affectus  
in huiusdis-  
tinctionibus  
magis, quam  
in casu de-  
cessarum.  
Dionysius.

4.  
Necessitas ad  
propugnanda  
mysteria fi-  
dei.

1.  
Vilitas.

2.  
Certior &  
breuior via  
probandi  
voluntatem  
Dei.

